

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

LXXI.

FRIDERICI REGIS SICILIÆ, UT DUCIS SUEVIÆ,
LITERÆ, QUIBUS MONASTERIO TENNEBACENSI PRÆDIA
MUNDINGEN ET VERSTETTEN CUM RELIQUIS EJUS
JURIBUS CONFIRMAT.

A N N O M C C X.

Ex autographo Tennebacensi.

Fredericus - - - - Rex Siciliæ. Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Conspectu Divinæ Majestatis - - - - Cum ergo ob reverentiam Regis Regum religiosa Loca pia consideratione respicere teneamur, considerantes precipuè fervorem religionis, quæ in sacro Monasterio quod Porta Cœli dicitur, & antea *Tennebac* vocabatur, per exhibitionem operis Domino exhibetur - - - - ad instantiam fratris Corradi Monachi de gratia serenitatis nostræ concedimus, & confirmamus eidem monasterio in perpetuum predium in *Mundingen*, quod idem monasterium ab hospitalariis emit, & *Versteten*, quod Corradus de Suarcimberc, advocatus, & uxor eius eidem monasterio contulerunt. cum omnibus appendenciis suis. Concedimus quôque eidem monasterio & confirmamus Omnia quecunque concessione Pontificum, largitione Principum, Dono Comitum vel Baronum, & aliorum oblatione fidelium in presentiarum juste & rationabiliter possidet, aut in futurum justo titulo prestante Domino poterit adipisci. Ut ergò - - - -

hæc nostræ pietatis concessio firma sibi & illibata subsistat, presens nostræ Majestatis privilegium per manus Aldoini Notarii & fidelis nostri scribi, & nostræ Majestatis sigillo jussimus communiri. Anno & die subscriptis -

- Data in Civitate *Cathanie* per manus Gualt - - - - Cathanien-
sis Episcopi & Regni Sicilie Cancellarii. Anno Dominice jncar. M.CC.X.
mense januar. XIII. indiçt. regni vero Domini nostri Frederici - - -
anno Duodecimo - - -



LXXII.

BERTOLDUS ZARINGIÆ DUX, ABBATIÆ
TURICENSIS FUNDATIONEM ATQUE JURA
CONFIRMAT.

A N N O M C C X.

Ex autographo tabularii Turicensis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. BERCHTOLDUS *Dux Zaringie*,
Dei & Imperatorum ac Regum dono constitutus *Judex & Advocatus*,
qui vulgo *Kastvogt* dicitur, id est, in omne Thuregum Imperialem Ju-
risdictionem tenens, Thuricensi Abbatie in perpetuum: Cum ex condi-
tione mortalium rerum etas omnium defectum inducat, ita ut clarissi-
morum tum nomina quam gesta pro fluxu temporum plerumque contin-